[di]scrimine confert, ipse minimè segnis subditos ab
…riâ ex externa vi defendit et negotiationes ter-
[r]a mariq; aliaq; vitae subsidia legib. constituit
nec partem unam, sed totum Reipubl. corpus sine
personarum respectu curat, sublatis omnib. quae vel
luxum vel aliàs ad perniciem Reipubl. facere vi-
dentur. Hoc et ipse ratione moderaminis est. dum
quemadmodum Sol Planetas non removet, sed cursus
eorum moderatur, idemq;, quò altior, hoc tardior
per Regiam suam viam incedit, nec ad latum quidem
unguem ab illâ turbulentissimorum signorum
tractu recedit, ita ipse omnia communicato cum
Proceribus Regni consiliô agit, Director tamen
existit, nec ex rebus secundis elatus, vel affectib. in-
dulgens, civib. suis incommodat, aut bella non ne-
cessaria movet: utut fortiter resistendum hostib.
proq; Patriâ pugnandum esse semper sibi persuasum
habeat. Salve proinde CAROLE XI. Salve,
iusto, et vive Rex Optime: salve idem et Rex
Maxime: salve idem et Pater Patriae! Ita
enim te, sed non vanâ adulatione adductus, hodie ap-
pello. Appello te, dum alios Magnos et Felices et
Augustos dicimus, et ambitiosae Majestati, quicquid pos-
sumus titulorum, congerimus illis hoc tribuentes; Patrem
Patriae: ut scias, Patriam tibi datam potestatem
quae temperatissima, liberis consulens, suaq; post
illos ponens. Salve iterum et vive longissime,
Decus Orbis, nobis et Patriae fortunatissimo
Imperio, fama et rerum gestarum gloria tibi
ipse superstes. Impera, Domine, summi, aeterni,